

N. P.
S. XVII
F. 85

N.º 14
H
|||||

cop. 95. nlg. *nicolau prima*

Decisio

Sacrae Rotæ Romanae

curiam R.P.D.

Guisilervio

curia ecclastica
valentina

Venerabilis

M. Dc. XXXVII.



©Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu (Generalitat Valenciana)

l.7.019
~~III~~

D E C I S I O

S A C R Æ R O T Æ


R O M A N A E,

Coram R. P. D.

G H I S I L E R I O

I N C A V S A

Valentina iuris sedendi.



VALENTIAE,

Per Ioannem Baptistam Marçal,
iuxta Templum Divi Martini.

M. DC, XXXVII.



PRO

O I S I G N O

S A C R A M E T O


R O M A N A E

C o s t u m e R P D

E H I S T I L E R I O

I N C A V A S A

U s e l e c t i o n i m i n i f e d e n g



V A L E N T I A E

P e r J o s e p h u m D a p t u l y s m M a c q u i

1775 T o d o l o n D i s t r i b u i t o

G D C X X I I



R 21238

©Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu (Generalitat Valenciana)

Veneris 5. Junii 1637.



VM vigore particularis Cōmissionis dubitaretur,
An liceret Pr̄positis Ecclesiaz Valentinz sedere su-
per sedibus vacuis Dignitatum, proposito per me
dubio in Rota, ad fauorem Pr̄positorum fuit reso-
lutum, quia cum Canonici possint sedere in sedibus
vacuis Dignitatū ex Constitutione Capitulari Apo-
stolica auctoritate confirmata, in qua statuitur, quod
super sedibus primi Chori admittātur Dignitates, & Canonici, inde
sequitur, hoc etiam esse permīssum Pr̄positis, quibus in literis Apo-
stolicis erectionis Pr̄positurarum fel. record. Sixti V. conceduntur
omnes pr̄eminentiaz, pr̄rogatiuz, & privilegia Canonicorum, ex-
ceptis tamen Capitularibus, siue competant de iure cōmuni, siue ex
Constitutionibus Ecclesiaz, vt in decisionibus in prima instatia factis
coram R.P.D. meo Merlino 16. Decembris 1633. & 12. Junii 1634. &
in secunda instantia coram me 15. Decembris 1634. & 16. Martii 1635.
& 27. Junii eiusdem anni, & ita per sententias Rotales fuit pronūcia-
tum, talis æquiparatio operatur perinde, ac si in specie hoc ius sedēdi
in sedibus vacuis competens Canonicis, esset concessum Pr̄positis.
Paris. conf. 22. n. 5. lib. 4. Natta conf. 432. n. 9. lib. 1. Crescent. decis. 9. n. 5.
versicul. Secundo quia, de priuileg. Rot. diuers. decis. 8. n. 5. part. 2. Suppo-
sit is igitur sententiis Rotalibus, in quibus fuit pronunciatum, Prepo-
sit os habere ius sedendi in Choro immediate post personas Canoni-
corum Choro assistentium, eisq. licere occupare sedes vacuas Cano-
nicorum Choro non interuenientium, iuxta supradictas decisiones
Pr̄positi possunt occupare sedes vacuas Dignitatum, vt sit illis im-
mediata sessio, vt vnum, & idem sit corpus continuatiuē ex eo, quod
dum Canonici possunt sedere super sedibus vacuis Dignitatum, ita
etiam Pr̄positis licet sedere ratione sessionis immediatā quam ipsi
habent post personas Canonicorum, quod illis non contingere, si
occupare non possent sedes vacuas Dignitatum, quia de facili dare-
tur casus, vt inter Canonicos, & Prepositos interponeretur de medio
sedes vacua alicuius Dignitatis non occupata à Canonicis qui super
illam federent.

Non obstat, quod sedes Dignitatum absentium non possint ab aliis oc-
cupari tamquam propriaz, & distinctaz, vt in supradictis decisionibus
coram D. meo Merlino, & corā me, quia id verū est in concursu cum
Dignitatibus, secus verò, quando Dignitates non extant, & si Cano-
nici sedent in istis sedibus, ita etiam possunt sedere Prepositi, qui gau-
dere

1948 - 5 μm

dere debent omnibus prærogatiis, & præminentibus competentibus
Canonicis, quo casu dictæ sedes iuxta trad. per *Ioan. Andr.* in c. cum in
illis. §. fin. in fine, de præben. in 6. non considerantur tamquam sedes Digni-
tatum, sed tamquam sedes Canonicales. Vnde non possunt dici sem-
per sedes fixæ, sed stricte ad tempus, dum Choro intersunt Dignitates,
& propterea cum illis absentibus, consueuerint occupari per Cano-
nicos, nequeunt diuerso iure céleri quoad Præpositos habentes aqua-
lem cum Canonicis, & immediatam post eorum personas in sedendo
prærogatiuam, ut late in supradictis decisionibus. Neque verum est,
quod equiparatio sit facta in aliquibus tantum, quia ex iam dictis ap-
paret facta in omnibus præminentibus, exceptis tamen actibus capitu-
laribus, ita ut exceptio bene firmet regulam in casibus exceptuatis.

Neque censuerunt DD. obstatore testes examinatos ad perpetuam rei memoria, ad probandum quod Prepositi nūquam fuderunt super sedibus vacuis Dignitatum. Quia vltra quod sunt nulliter examinati sine iurisdictione, & citatione ad videndū iurare testes, quo casu non probabant, *Crescent. decis. 1. de testib.* *Rota in recent. decis. 521. num. 2. par. 1.* non concludunt negatiuam, cum illam non coarctent. *Alex. conf. 65. n. 3. in fin. lib. 1.* *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 41. n. 5.* & 510. n. 1. *coram eodem,* & *decis. 163. n. 9. par. 1. diuers.* Hoc etiam constat de obseruantia in contrarium, quinimo datur statutum in favorem Præpositorum, vbi conceditur Canonicis facultas sedendi in sedibus Dignitatum, vt dum in dicto statuto firmatur, quod nullus admittatur ad sedendum super sedibus primi Chori, nisi de consenu Capituli, non requiritur consensus Dignitatum, nisi quatenus sint de Capitulo, quo casu cōsensus eorum requiritur tamquam de Capitulo: & consensus huiusmodi non requiritur, quia eo ipso quod Canonicī sedent, in consequentiam Præpositoris habentibus lessionem immediatam super illis, sedere licet; & dum Dignitates absunt, non agitur de aliquo illarum præiudicio, quod sedes vacuæ occupentur ab aliis.

Et ita, vtraque parte informante, fuit resolutum, &c.

Impressum.





©Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu (Generalitat Valenciana)

